

quo denuo accendit: nam cum virgula fumi in ultima tunc dispositione sit ad formam ignis suscipiendam, oportet ignem ad eius introductionem descendere. Non dissimiliter cum Apostoli ardentis Ecclesiae catholicae lucernae moerore extinctae quodammodo essent propter absentiam Christi, qui eorum vita erat, ut ait Apostolus (ad Col. 3.): *Cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc apparebitis cum ipso in gloria*, et pariter fumigasset suavi illo orationis fumo, de quo Ioannes in Apocalypsi (Ap. 8.): *Ascendit fumus aromatum in conspectu Dei de manu Angelii*; quumque hic orationis fumus ascenderet ad Deum, continuo Spiritus sancti ignis coelitus descendens ardentissimis amoris flammis Apostolos omnes accendit, novam charitatis formam in eis introducens, vel antiquam tenacius eorum animis inhaerere, ac radicari faciens.

Tertia via, qua non solum ignis, sed et alia multa contra innatam, et cognitam propensionem moveri solita sunt, ex omnium notissima est, cum ad impediendum, ne detur vacuum, movetur, quod natura summo pere abhorret, tanquam omnino superfluum, et unionis inimicum, ut Aristoteles testatur (4. *physicorum*). Hinc est, quod etiam aqua, cum natura sua propter gravitatem, ne detur vacuum, naturaliter deorsum feratur, ne detur vacuum, in multis fontibus velocissimo impetu ascendit. Hinc etiam est, quod strepitus, ac fragor ille, quem audimus, quando bellica tormenta ferream globum, aut quamlibet aliam materiam emittunt, ex eo sane causatur, quod ne detur vacuum, continuo summa celeritate aer tormentum illud bellicum ingreditur. Ac tandem unanimes est philosophorum sententia, dicentium, quod si aer, qui contiguus est sphaerae ignis, ita condensaretur, ut minorem locum occuparet, ignis ipse descenderet, saltem per rarefactionem, ad implendum illud vacuum. Sane Christus Dominus ascendens in caelum, vacuum regia sua praesentia deseruerat terram; ad implendum tamen hoc vacuum oportebat personam aliam aequae perfectam, ac infanciam ad eam descendere; unde id praevidentis Christus Dominus dixit Apostolis (Ioan. 16.): *Ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis*; quasi diceret, ut vacuum, quod recessus meus in caelum, tam in Ecclesia, quam in cordibus vestris causabit, repleatur, mittam vobis Spiritum sanctum, Patri, et mihi consubstantialem, qui illud undequaque explebit. Aliter etiam possumus eidem dubio facere satis ex doctrina magni Patris Epiphani (in suo *Anchorato*) dicentis, Spiritum sanctum propterea in igne violento, hoc est contra naturam suam deorsum descendenti advenisse, ut doceret in eis specialiter inhabitare, qui inordinato appetitu violentiam inferunt; quia ut docuit Christus Dominus (Matt. 11.): *Regnum caelorum vobis patitur, et violenti rapiunt illud*. Ut ergo violentiam nobis exerceant divinus Spiritus doceret, in igne contra naturam suam violento motu descendenti ad-

venit. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA QUINTA

De causis, ob quas Spiritus sanctus in forma linguarum, et ignis ad Apostolos descenderit.

Etsi varia, et multa in litteris sacris leguntur, quibus Christi singularis dignitas, summa excellentia, immensae opes, et infinita perfectio declarantur; Pauli tamen verbis id manifestus ostenditur, dum ait Hebraeis scribens: *Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis*. Quae verba Nicolaus Lyrensis intelligit de perfectione gloriae, quam Christus adeptus resurrexit: nam eius resurrectio causa fuit humanae salutis, ac iustificationis, ut dixit Apostolus (ad Ro. 4.): *Resurrexit propter iustificationem nostram*. Communis tamen Patrum in hoc loco sententia est hoc participio, *Consummatus*, significari, Christum esse scientia, sanctitate, pulchritudine, ingenii, et morum praestantia, ac reliquis animi dotibus perfectissimum. Dubium non est, nihil in rebus humanis esse, ut Poeta Lyricus dixit, *Ex omni parte beatum*: nec ulla est sanctitatis, sapientiae, vel pulchritudinis omnibus absoluta numeris, sed inchoata potius, et quae novum semper queat recipere augmentum; Christi autem perfectio, et sanctitas cum sit divina, ac omnibus accumulata dignitatibus, nullo modo augeri, aut ullatenus perfici potest. Quae tanta dignitas inde est, quod sicut teste Hilario (in lib. 2. de *Trinitate*) mortale corpus animae gloriosae coniunctum gloriae illius sit particeps, redditurque gloriosum, et ignitum ferrum non secus atque ignis splendere solet; ita humanitas Christi, quoniam ei Deus totum univit, facta est quoque gloriosa, et plena Deo, tanta cum perfectione, ut homo Deus, et Deus homo vere sit. Praeterea, quemadmodum iuxta Ioannis Damasceni sententiam, pulchrae, et validae fudit, quam olim Helioferem interfecit, omnes eiusdem opes, protiosaque suppellex aperta fuit, et exposita; sic etiam Christi humanitas singulari sua pulchritudine Deum in sui amorem trahens, illumque sibi devianens, merito omnes eiusdem perfectiones, et divinum attributorum multiplicem excellentiam consequi, ac possideri ab instanti suae conceptionis coepit. Vir igitur tot, ac tantis ornatus perfectionibus, et dotibus locupletatus, iure optimo vocatur ab Apostolo *Consummatus*, cum ait: *Consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis*. Et quamvis Sapiens vere dixerit, omnia, quae sunt a Deo creata, in mensura, numero, et pondere fuisse disposita, et constituta (Sap. 11.): *Omnia in mensura, numero, et pondere disposuisti*; perfectio ta-

men Christi mensuram non subit; immo ipsa existens immensa, omnium rerum creaturarum verus modulus, et mensura est: unde illam quatenus talem alia mensura metiri non potest. Praeterea haec, quamvis Christus, quae est homo, aliorum hominum numerum ingreditur; quae tamen est Deus homo, cum sit unicus, et solus, nequaquam potest numero claudi: siquidem ut unus est Deus, ita unus et solus est Christus, qui si aliquo numero, solo ternario divinarum personarum Trinitatis; immo si cum rigore loquamur, ille numerus non est: nequit enim numerus esse, ubi ratio quantitatis praedicamentalis adest, quam in Deo non esse nemo est qui dubitet. Multiplicem hanc Christi excellentiam, et perfectionum varietatem David brevibus illis pariter, ac obscuris verbis exposuit, in persona Christi sic loquens (Psal. 138.): *Ecce tu Domine cognovisti omnia novissima, et antiqua, tu formasti me*; quae verba sanctus Basilii, et Cassiodorus interpretantes, Davidem per, *antiqua*, significare affirmant divinitatem, quae prior, et antiquior in Christo est; et per, *novissima*, vel ultima intelligent eius humanitatem; tum quia Deus hominem creans, universitati rerum, et mundi fabricae ultimum quasi colophonem imposuit: tum quoniam in ultima mundi aetate Deus factus fuit homo, ut constat ex Paulo (Hebr. 1.): *Novissimis diebus loquutus est nobis in Filio*. Sed ut ad verba Davidis revertar, nomine Christi dicentis, *Ecce tu Domine cognovisti, etc.* illis aeternus Filius Patrem suum alloquitur, ac factetur se ab illo quatenus Deum, et quatenus hominem perfecte cognosci; ex quo patet, quod existentibus Christi perfectionibus tantae virtutis, et excellentiae, ut solo divino intellecta valeant comprehendi, non immerito ab Apostolo Paulo vir consummatus appellari potuit.

Hac tanta perfectione Sponsa Christi capta in pastoritio Cantico epithalamio ab eo petit, ut sibi velit dare sui oris dulce suavium; unde ait (Cant. 1.): *Osculetur me osculo oris sui*. Ubi notandum est, Sponsam non solum petisse, ut se Sponsus osculetur, sed etiam addidisse, *Osculo oris suis*: quoniam non putabat satis esse sibi alterius, quam Sponsi sui osculum: quasi diceret Sponsa, non curo, nec amo hominum oscula, non Angelorum, vel Archangelorum, non Cherubim, vel Seraphim, sed illius osculum desidero, qui mea pax, et deliciae, mea gloria, et praesidium est. Alii eadem verba Sponsae legunt, *Osculetur me ille*: at quis ille? ille inquam vir, omni accumulatus perfectione; ille, qui homo existens pariter est Deus: *Ille qui tanto melior est Angelis, quanto differentius prae illis nomen haereditavit*. Ille denique tanto excellentior ceteris omnibus, quantum servo praestantior filius, et dominus est. Sed plurimum huic proposito convenit S. Pagnini interpretatio, qui haec verba, *Osculetur me osculo oris sui*, vertit in hunc modum: *Osculetur me osculis oris sui*. Ubi Spon-

sa non solum unum, sed plura ab Sponsuo dari sibi oscula flagitat. Haec autem oscula, quae petit, et quae accepit Sponsa, tria fuerunt. Primum, quando divinum Verbum naturam sibi coniunxit humanam. Secundum, quando in sacramento Eucharistiae se cibum nobis praebuit, quo facti contractum antea cum Sponsa matrimonium quasi consummavit: *Et duo in carne una fuerunt*. Tertium tandem osculum fuit datum Sponsae hoc felicissimo tempore, dum ad illam per Spiritum sancti missionem remigrat. Non ignorabat Sponsa, Christum divini sui oris halitu communicare Spiritum sanctum, ut revera discipulis relictus esse est: nam ut Scriptura loquitur (Ioan. 20.): *Insufflavit, et dixit: Accipite Spiritum sanctum*. Quamobrem suavitatem illius halitus inlecta Sponsa, inquit: *Osculetur me osculo oris sui*: ita enim eius divino Spiritu, tanquam efficaci vitae spiraculo relictus posse sperabat. Hodiernus igitur dies est, in quo Sponsus tam sanctum desiderium complet Sponsae suae, idque ita cumulat, ut pro certo amoris erga ipsam pingrare figat osculum non solum ore, sed lingua Spiritus sancti: eius enim magisterio Christus alloquitur, et docet Ecclesiam, quemadmodum discipulis dixit (Ioan. 14.): *Ille vos doceret omnia, et suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis*. Quem doctrinae effectum ut significaret, in figura linguarum discipulis illabi Spiritum sanctum, et super eorum capita descendere voluit. Est et alia ratio, ob quam Spiritus sanctus linguarum formam induit, scilicet, ut suos discipulos aliud loquendi genus doceret, quo humano, ac terrestres oblitis sermones, coelestes, ac divinos audirent, et colloquerentur. Eorum enim nonnulli paulo ante tam inculto, agresti, et indigno loquendi modo usi fuerant, ut quidam Christum negaverit (Matt. 29.): *Non novi hominem*; alius in fide dubitaverit: *Nisi videro in manibus eius fasciam clavorum, non credam*; et alii duo spe claudicarent, peregrino respondentes (Luc. 24): *Nos autem sperabamus, etc.* Horum igitur tam rudo, ac imperitum eloquium, et tam dissonos oris accentus correcturus, et coelesti reformaturus Dei Filius, ut figura conveniret figurato, scirentque meliora verba, et perfectiora opera sibi discenda, et exercenda, Spiritum sanctum sub forma ignis, et linguarum ad eos legavit. Est et alia huius rei causa: nam ut quis peregrum profecturus, et alterius loquelae, seu labii aditus regiones, solet secum afferre aliquem peregrini idiomae peritum, quo tanquam lingua, et interprete utatur, ad suas, et aliorum cogitationes exprimens, et intelligendas; sic Apostolus, in omnes terrarum regiones, et nationes pro Evangelio praedicando discussuris, quippe ut David inquit (Psal. 18.): *In omnem terram exivit sonus eorum*; sicut ubi olim Joseph audiret erant linguam, quam non novebat, voluit summa Christi sapientia interpretem adesse Spiritum sanctum, cuius praesentia, et auxilio cum omnibus gentibus, et nationibus proprio sermone, et idiomate

consubstantialitatem: lingua enim figura est Verbi Dei, quia Filius est lingua. et verbum Patris; igitur representat Spiritum sanctum, qui essentialiter, et personaliter ardentissimus amor, et inflammata charitas est. Quomobrem cum in una, et eadem substantia linguae, et igitur venerit Spiritus sanctus, quae potest ab humano ingenio excogitari expressio imago, quam quae a divino nobis proposita hodie est per ingenium, et Filii aeterni naturam, et consubstantialitatem insinuandam? Huc si accedat, linguam doctrinam prominentem loquentis alicuius debere esse linguam, continuo mysterium sanctissimae Trinitatis nobis elucebit: nam qui loquitur, est Pater aeternus, lingua quae loquitur, est Filius, igitur denique, qui linguam inflammat, Spiritus sanctus est. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA SEXTA.

Inter alias causas, ob quas Spiritus sanctus in linguis igneis advenit, eam non infimum locum tenere, erudit ostenditur, ut maledicorum, ac murmurantium linguas igni, quasi cauterio compesceret, corrigeret, ac reformaret.

Postquam sapientissimus Rex Salomon sumptuosum illud, et omnium celebratissimum templum aedificaverat, ut in sacris litteris legimus, singulari eum beneficio Deus prosequi volens, ad indicandum mysticum eius aedificii fabricam sibi placere, misit super sacrificium ab ipso Salomone oblatum de coelo ignem, qui splendore, et gloria Dei intus ignem latentis totum templum implevit. Christus generis humani salus instar alterius patris Salomonis pulcherrimum templum. Ecclesiam nempe militantem, condidit (Psal. 87): Ipse fundavit eam Altissimus: quam cum absolvisset, opus illud sibi probari Pater aeternus indicaturus, cuius fabricae, et aedificii ratio non erat Mosayo, et antiquo ritu, sed novo, et Romano, mittit hodie de coelo ignem ardentissimum, in quo tota Dei gloria, et maiestas integre reconditur. Et quomodum olim apud Romanos consuetudo fuit, ut peracto triumpho, his qui interfuerant, dona largirentur triumphatores; ita Christus, confecto suae Ascensionis triumpho, Apostolis, ac discipulis suis ingentia dona distribuit, ut Paulus dixit (Ephes. 4.): Dedit dona hominibus. In quibus donis communicandis consideratione dignissimus est modus ipse, quo illa praebuit, mittens Spiritum sanctum subter linguarum specie, docturus hoc ipso signo, linguarum esse censorem ac reformatorem: nam de illo vere scriptum est (Joan. 16.): Ille arguet mundum de peccato.

Animadvertant igitur, qui linguae sunt ma-

ledicae, et mordaci sermone proximos infestant, famam eorum multo turpius interdum, quam famosis libellis dedecorantes, gravissimum ab ipsis committi flagitium, atque ideo caute, et prudenter linguam oportere gubernari; de qua loquens Iacobus Apostolus, inquit: *Lingua ignis est; et quasi parum dixisset (nam ignis vis, etsi multa, vehementer est, aquae infusione extinguitur) subiungit, explicans linguae naturam: Omnis natura bestiarum, et volucrum, et serpentium domatur, linguam autem nullus hominum domare potest. Ilac de causa descendit Spiritus sanctus sub figuris linguarum, ut quod nullus hominum domare potest, Deus subiciat, domet, et prosternat. Apostolus superiori suae canonicae loco in pauca verba contulit omnia damna, quae secum lingua effraenis afferre solet: ait enim de illa: Universis iniquitatis est.*

Quae autem haec sit malorum universitas, et immensus cumulus, explicat S. Iohannes Clynachus, damna recensens, quae a loquacitate oriuntur: *Loquacitas, inquit, est ignorantiae certum argumentum, compunctionis desolatio, detractionis ianua.* Quae verba aliquantulum latius enodamus, mirabili enim doctrina plena sunt: *Loquacitas est ignorantiae certum argumentum.* Experimento omnibus constat, in tempore tacere non minus esse sapientis, quam cum opere loqui: quod apparet in arte musica, ubi signa sunt, sive puncta, quibus insinuatur canendum, et aliae notae sunt, quibus quies, et silentium, quod a cantoribus pausa dicitur, imperatur: unde cantores omnes, praecipue qui canendi arte peritiores sunt, notam silentii non minus quam cantus observant, scientes non minorem errorem committi posse in uno quam in altero. Idem quoque vir prudens facere debet, memor illius, quod Spiritus sanctus admonuit (Eccl. 3.): *Tempus tacendi, et tempus loquendi.* De Solone prudentissimo philosopho referunt historici, quod in convivio cum diu tacuisset, quendam ex convivantibus dixisse: *Hic vel stultus, vel mutus est.* Cui Philosophus acute respondit: *Non utique mutus cum loquitur, nec stultus cum tacerim: silentii enim observantia opinionem mihi paravit sapientis.* Quod videtur a Iob addivisse, cum dixit: *Ultimam taceretis, ut putarentur sapientes.* Addit Clynachus: *Compunctionis desolatio:* nam interni doloris, et haerematum pernicies est loquacitas, per quam animae vis quasi exhalatur, ac devotio, et pius exhaeritur: quod regius Propheta in hunc modum insinuavit (Psal. 77.): *Quoniam tacevi, taceverunt ossa mea, dum elamarem tota die.* Sed quomodo si tacebat Propheta, clamabat; vel quomodo si clamabat, tacebat? Haec sane, et alia multo magis contraria effraenis linguae sunt officia: taceat enim quae dicenda, et loquitur quae tacenda sunt; ideoque pariter silet, et vociferatur, silens proximi laudes, et virtutes, vita, atque defectus promulgans. Cuius rei causa est, quoniam, ut David inquit: *Taceverunt ossa mea, id est animae virtus languere cepit:* sunt enim vir-

lutes instar ossium, quibus nostrae carnis imbecillitas, et infirmitas fulcitur, et sustinetur; his vero attritis, et corruptis, anima in operibus bonis infirmatur, et languescit. Tertio inquit, *Est detractionis ianua,* quia loquacitate vigilente, ostium patet ad stultitiam, et temerariam alienorum morum censuram: unde ab Spiritu sancto dictum legimus (Prov. 10.): *In multiloquio non deerit peccatum.* Nam maledicentiae, et noxiae consulationis vortigal est peccatum, quod daemones a loquacibus penditur. Tanta vero est corruptae naturae nostrae miseria, et ad malum proclivitas, ut vix loqui de proximo sciamus, maxime si malevole aliquantum, et infesto animo in eum simus, quin ei succenseamus, et eius errata, licet multis aliis floreat virtutibus, carpamus, et reprehendamus. Adest in sacris litteris mirabilis huius rei typus: illic enim narratur Achab armis undequaque munitum, cum ministri negligentia parva quaedam lateris pars inimis mansisset, et praecium ille ingrederetur, percussum ab hostibus sagitta, quae non in alia, sed in ea tantum quae patebat, corporis parte vulnus infixit. Quis est, qui non videat, quid haec sibi figura velit? Proximus tuus multis, et clarior virtutibus ornatus incedit, tam si mores eius, quam si naturam respicias; at quamvis tam variis sociatur praesidiis, lingua tamen non tangit virtutes, nec laudat animi, vel corporis dotes, sed protinus in aliquod, etsi leve naturae, vel morum vitium invehitur; imitans haec in re lapidem illum, qui non aurum, argentum, seu aes statuae Nabuchodonosor, sed luteos eius pedes tetigit, et contrivit. Non tangunt susurrones argentum, et aurum vitulatum, quibus proximos honestat, sed vitiorum lutum amant, illud movent, et continuo versant, ut proximos caeco detractionis illius turpior, ac foedior appareat. Imitantur id genus homines gallinas, quae dum in stabulo volutantur, aut terram unguibus, vel rostro fodunt, si forte unio-nem, vel quid pretiosum inveniunt, negligunt; si vero vermiculum, aut lumbricum, tum gaudio glorientes alias convocant, et praedam inventam ostentant; ita qui adversus proximos est maledicus, licet noverit eum variis, maximeque virtutum ornamentis esse laudabilem, praeterit, et contemnit omnia, levemque maculam (quam vel natura, vel negligentia inseruit) carpit, reprehendit, et instar glorientis gallinae, quem in proximo invenit, parvulum errorem evulgat, et exaggerat. Audiant, qui hoc morbo laborant, Spiritus sancti consilium (Eccl. 38): *Audisti verbum malum adversus proximum tuum, commoriatur in te, fidens, quoniam non te dirumpet.* Valde facit ad explicationem verbi illius, commoriatur, quod olim Deus tempore scriptae legis statuerat, videlicet, ut in templo essent parvi lebetes, in quos candelarum emunciones conicerentur, ut in aqua mersae protinus extinguerentur, ne fumo templum faederent, vel odore praesentes offenderent. Hoc etiam modo ait Spiritus sanctus: *Audisti verbum malum adversus proximum tuum,*

commoriatur in te, sit peccus tuum in templo Dei fonticulus fulcitur, et sustinetur; plenus, quo excepta detractionis garrulitas, et amarum verbum obruatur, ne fumus, et foetor detractionis alios caligine aspergat, vel inquinet. Sed in promptu est communis excusatio susurrantium, et praesertim religiosorum, quod ea, de quibus ipsi subflectant, parva sint errata, et leves defectus, atque ideo de huiusmodi sermonibus, et susurris non valde curandum, nec mirandum. Quibus ego respondeo, errores eiusmodi, qui in laicis essent leves, in religiosis, et ecclesiasticis hominibus esse gravissimos. Nunquid Samson fortis non erat? nemo quidem dubitat: tanta enim erat eius fortitudo, ut solus leonem dilaceraverit, et in frustra disceperit, Gaza portas manibus avulserit, et templi columnas deiecerit. Sed ubi tanta eius fortitudo sita erat? Non quidem in humeris, non in brachiis, non in erubris posita, sed a capillis pendebat. Accessit autem Dalila, capillos secari fecit Samsonis, confestim Samson enervatus, omni fuit robore destitutus, et clausus in carcere mole-ro coactus fuit. Ad hunc igitur modum intelligere debemus, religiosorum fortitudinem, vel potius nomen bonum, et opinionem laudabilem in parvo esse positam, et pendere quasi a capillo, qui facile frangitur, vel scinditur, praesertim si tu semel et iterum forficulam, vel potius novaculae tuae maledicentiae inmittas, et crebro pilum vellere attemptes: sicut enim procul dubio debilis, et glaber, veteri laudati, et boni viri nomine per te privatus.

Haecenus de maledicentiae morbo, nunc de medicina illius, et remedio aliquid proponamus. Duplex est huius morbi pharmacum: unum, ut cognoscas, sicut in principio huius homiliae dixi, quod linguae moderatio Dei est donum (Prov. 10.): *Domini enim est gubernare linguam,* ne ab illa tantum ab equo effraeni, et contumaci in praecipitium deducaris. Hoc si cognoveris, protinus ad Deum noctes, diesque pro tanti mali remedio cum David clamabis (Psal. 104.): *Pone Domine custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis.* Nam quemadmodum in domibus religiosorum ostiarum adest, qui neminem egredi patitur absque nutu superioris; ita verbum nullum ab ore prodire debet sine imperio rectorum, quod claudi, et auctoritas, et facultas imperandi cogitationibus, et actionibus humanis. Cur autem dixit David, *Pone Domine custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis?* Nonne melius erat, si pellicisset, caemento suum os occidit, vel muro circumdari? Ita enim et custodia tutior esset, et manifestius declarasset modum, quo claudi, et custodiri volebat. Respondeo, quoniam os non semper clausum esse debet, ideo dixisse Davidem: *Impone Domine custodiam ori meo:* quippe sicut ianua non semper patet, nec semper clausa est, ita pariter et os, quod suo tempore aperire loquentes, et claudere sapienter silentes debemus. Unde cor-

nimus Davidem, qui petierat a Deo ori suo custodiam, ab eodem postea petisse, ut sibi illud ad annunciandum eius laudes reseraret, cum dixit (Psal. 59.): *Domine labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam.* Noverat enim ille donum esse Dei tempora nosse, quibus tacere, aut loqui debemus. Secundum remedium, quo maledicentium, et pravæ susurrantium lingua coerceri poterit, obtinebimus, si attente considerabimus, quod quotidie experimur, videlicet, omnem culpam secum asserre comitem poenam, quæ non semper in hoc sæculo, sed in altero solet infligi; culpa vero detractionis semper in hæc vita, si non integre, saltem in parte puniatur, ut Salomon dixit (Prov. c. 13.): *Qui detrahit proximo suo, ipse se obligat in faturum, scilicet tempore vitæ suæ.* Nam qui alium verbo mordet, ipse postea mordetur, et qui notat, notabitur, et a quo minus sperat, parabitur ei opprobrium, quippe proximum carpens, labe præsertim infectus, ipse merito carpetur, ut testatus est Abacuch: *Consurgent qui mordent te, et suscitabuntur, qui læcerent te, et quia expoliaverit, expoliaberis.* Equissimum enim est Dei iudicium, ut qui sui fratris maculat honorem, propriæ quoque subeat opinionis detrimentum. Hæc omnia David præclara metaphoræ inductione nobis ante oculos posuit: *Quid tibi, aut quid opponatur tibi ad linguam dolosam? sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoris.* Videtur mihi regius Propheta in his verbis imitari medicorum consuetudinem, qui cerneutes ægrotum vehementer febricitantem, et aestuantem, solent tubere, ut ostendat linguam; quam si vident febris calore nimis aridam, præcipiant frigidam oris abluionem, qua lingue ariditas humectetur, ac refrigeretur. Sic ergo David a maledicentia veneno natum morbum in detractor, et maledico animadvertens, inquit: *Quid datur tibi, aut quid opponatur tibi ad linguam dolosam? nullam sane præsentium, vel efficacius invenit remedium, quam si mordax, et dolosa lingua ferro, et igni castigetur; unde subdit: Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatoris.* Inusitata profecto, et inaudita medendi ratio, quam nec Galenus, nec Avicenna, immo nec ipse Esculapius, nec artis medicæ inventor Apollo excoxiavit. Est tamen huic morbo apertissima: maledicentis enim, et mordacis lingua nullo facilius modo frænatur, quam cum aliorum linguas obtusas instar sagittarum acui, et detractoris verbis velut carbonibus famam eius demigrantibus impeti perpendit. Dubium enim non est, quin si detractor proximi sui gloriam verbis obscurat, ipsis quoque opinioni, et famæ et ab aliis detrahat, et, quod perniciosius multo, ac magis timendum est, sagittis potentis Dei confosus æternis ignibus adducatur. Si ergo levis contra proximum sussurris tantam maledicentis animæ avertit calamitatem, rationi erit consonum linguam diligenter et caute moderari, ne David contra nos dixisse videatur (Psal. 15.): *Tota die cogitavi*

iniustitias lingua tua. Ubi notandum est, verbum illud, *cogitavi*: dicere namque quis poterit, Davidem non proprie locutum, cum lingue attribuat mentis officium, inquit: *Tota die cogitavi iniustitias lingua tua; respondemus tamen, eo genere loquendi prouident, et acute Davidem usum fuisse: voluit enim ita loquens insinuare celebritatem, et facilitatem, qua lingua maledica garrice solet: nam qua velocitate verba intellectus concipit, ipsa profert, mores alienos repræhendens, cum fieri contra debeat, et maturitate mentis, ac sermonis tarditate potius utendum sit. Unde non absurde quidam Philosophus amico dicens, quod male sibi oleret os, nil miram, inquit, nam multa verba mihi in eo tabescere, et putrescere solent: indicans non se locutum quidquam in os (ut aiunt) venisset. Hoc igitur cum sit prudentia donum, utinam illud nobis omnibus benignus Deus largiatur. Cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.*

HOMILIA SEPTIMA

Quam mira sit proportio inter corpori huius mundi opificium, et catholice Ecclesie fabricam: et quid in utriusque constitutione Spiritus sanctus effecerit, egregie describitur.

Magnus doctrinæ, et sanctitatis laude Gregorius Nysenus Ecclesie catholice fabricam appellat mundi novi creationem, iuxta illud Isaie: *Ecco ego creo coelos novos, et terram novam;* quod quam verè, ac proprie dixerit, facile apparebit, si utriusque structure ornamenta, et naturam conferamus: nam si in orbe coelesti sol lucet, qui omnia perustrat, in Ecclesia Dei sol iustitiæ, qui Christus est, effulget, cuius eximia luce multo pulchrius, et excellentius hæc mystica ecclesiastici corporis fabrica decoratur: illic varia, et mutabilis luna nocturno tempore apparet; hic constantior, et pulchrior luna Maria sanctissima tam nocte, quam die coruscet: illic coelestes orbes volvantur, hic Apostolici cardines universum terrarum orbem tanquam divini Atlantæ sustinent: illic emicant stellæ; hic fulgent doctores: illic septem planetæ; hic totidem sacramenta: illic astra influunt; hic Spiritus sancti donia perflunt: illic interdum malevolus, et noxius siderum aspectus; hic salutaris semper, et amicus: illic tres hierarchici ordines, hic tres theologice virtutes: illic denique elementa quatuor: hic totidem inveniuntur: quoniam pro terra est humilitas, in qua virtus omnis suas agit radices, super quam tantum fundamentum securum anima nostra tollit verticem quo coelum ipsum attingit: pro aqua lætymæ sunt: pro aere Spiritus

sancti allatus, quod mens humana spirat; pro igne autem caritas est, qua in dilectionem sui conditoris humana mens accenditur. Aves, quæ hunc aerem pervolant, animæ sunt divina contemplantium: pisces, qui huius aquæ gurgitibus, et undis innatant, fideles homines, quos aluit aqua baptismatis: plantæ, et arbores producentes in tempore suo fructum, singuli iusti, ut dixit David (Ps. 1.): *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.* Una est in terris summa, et singularis amoenitas, quam sacre litteræ vocant Paradisum in Oriente situm; at in Ecclesia tot sunt per omnes christiani orbis regiones amoenissima viridaria virtutum, quot sancta contubernia sacrarum religionum, quatuor in Paradiso flumina sunt, Phison, Gehon, Tygris, Euphrates, a quibus ceteræ omnes morales tanquam a fontibus derivantur: et quatuor sunt Evangelistæ, quarum affluente doctrina, et sanctitate Ecclesia Dei fertilis, decora, et fructifera redditur. Quod si arbor vitæ illic præstabit immortalitatem, hic lex evangelica vitæ arbor vera floret, cuius fructus maturne sumptus comedentem facit immortalem: et sicut illic arbor erat vetita, cuius fructus gustatio mortem inferebat; hic eiusdem naturæ arbor alicui manet, lex nempe Moysæ, cuius tamen observantia, quoad cæcemonialia mortifera est, quoniam Christi lege prohibita iam fuit. Tandem, quemadmodum tres divine persone hominem creaverunt, ut patet his verbis (Genes. 1.): *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram;* sic eadem personæ ad collapsi hominis instauracionem, et divine gratiæ regenerationem concurrunt, et conveniunt (Iocn. 14.): *Ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus;* et sicut Deus halitu suo vitam primo omnium parenti dedit: nam ut ait Scriptura, *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, et factus homo in animam viventem;* sic nunc vitam largitur supernaturalem, eidem impatiens sui oris halitum ardentissimum, Spiritum scilicet sanctum, qui ab ipso pariter, et a Patre procedit. Et quamvis tota Trinitas æque convenit, communicans rebus creatis vitam, et pulchritudinem, Spiritum tamen creati mundi historiam contextens, rerum creatarum vitam, et perfectionem a Spiritu fuisse acceptam testatur, inquit (Genes. 1.): *Spiritus Domini ferebatur super aquas:* quod tam de coelesti, quam de terrestri orbe intelligendum est. Nam licet omnia fuerint creata per Verbum, dicente Davide (Psal. 32.): *Verbo Domini coeli firmati sunt;* ultima tamen eorum perfectio Spiritui sancto attribuitur, ut ex eodem Propheta constat. *Et Spiritu oris eius omnis virtus eorum;* seu ut Hieronymus verit; *Omnia ornatus eorum.* Cuius rei causam esse puto, quod nec Patris potentia, nec sapientia Filii manum unquam admovissent operi tanto, quale fuit creationis, nisi divinus hic Spiritus amore suo excitasset utrumque ad

CARTHAGENA DE SS. CHRIST. DOM.—VOL. IV. P. II.

aliquid extra se de plenitudine bonorum, quæ in oceano divinitatis immenso recoaduntur, producendum, quod nisi fecisset, omnia, quæ modo sunt in eo quod prius erant, nihil permansissent. Hanc ob causam Moyses mundi creationem personæ Spiritus sancti refert acceptam: quod et docet Ambrosius (lib. 1. cap. 8. in suo Hexameron) dicens, rerum creaturarum perfectionem a Spiritu sancto esse, quamvis eas Pater, et Filius cum ipso condiderit: quod Moyses verba præferunt, si attente legantur; nam etsi in exordio suæ historiæ dicat, *In principio creavit Deus coelum, et terram,* id est in Filio, vel in Verbo creavit Pater coelum, et terram (ita enim Doctores communiter interpretantur); ad innuendum tamen id opus non esse omnino perfectum, ac decorum, subiunxit: *Terra autem erat inanis, et vacua,* vel ut alii legunt, *erat inutilis, et composita:* quod etiam intelligendum est de oculis, quibus lucis erat splendor, et ornamentum: nam ut ibidem scriptum est: *Et tenebræ erant super faciem abyssi,* id ut significaret, addidit postea, *Spiritus Domini ferebatur super aquas:* quibus verbis ostendit, eorum, quæ memoravit, perfectionem, ac decus a Spiritu divino communicatum. Ideo namque eadem verba sic alii vertunt: Spiritus Domini superferebatur, quod sanctus Thomas breviter, et acute perstrinxit in hunc modum: *Quomodo factum est, ut prius insinuantur aliquid inchoatum, cui superserri diceretur, non loco, sed omnia superante, ac præcedente potentia; quasi dicat, cum Moyses inquit, *In principio creavit Deus coelum, et terram,* significat opus creationis inchoatum, subdens autem, *Spiritus Domini ferebatur super aquas,* indicat huius divini Spiritus virtute, quidquid in coelo, et in terra est, suam accepisse perfectionem; unde Moyses prædictis adiecit: *Igitur perfectus sunt coeli, et terra, et omnis virtus eorum.* Patet, ut vides hinc, quod et testatus est Augustinus, a Christo quidem Ecclesie catholice facta fuisse prima fundamenta, et ceptum mysticam sui corporis aedificationem; illam tamen a Spiritu sancto absolutam et perfectam: ideo namque Augustinus missum ait Spiritum sanctum, ut beneficia, quæ Salvator Dominus inchoavit, Spiritus sancti virtute consummet; et quod ille redemit, isto sanctificet; et quod ille acquisivit, iste custodiat. Itaque fundationis Ecclesie, redemptionis, et humane iustificationis consummationem Augustinus Spiritui sancto assignat adeo, ut sicut, teste Cyrillo, Spiritus sanctus sanctæ Trinitatis complementum est; ita etiam idem sit, per quem omnia quæ fuerunt inchoata, et quasi adumbrata, explentur, et Ecclesie fabrica ad summum exaedificationis fastigium perducatur. Verissimum est a Christo fundatam Ecclesiam, ipse fundavit eam Altissimus, sed ante huius divini Spiritus adventum erat illa sicut olim terra in mundi principio, inanis, et vacua, sive ut antea dixi, invisibilis, et incomposita; ideo*

que, quemadmodum tunc, dum Spiritus Domini ferebatur super aquas, pulchritudinem et complementum terrae suscepit; sic divinus idem Spiritus, cum ferri coepit super aquas, et crystallo lucidiores fontes, qui sunt Apostoli, dicente Ambrosio: *Fontes sunt, qui totius terrae faciem doctrinae suae flumine rigaverunt*, omnia, quae in Ecclesia Christus fuerat exorsus, eiusdem Spiritus sancti vivifica virtus absolvit. Reliquerat Christus has mysticas aquas caenaculo inclusas, sicut in mundi origine, quae creaverat Deus aquas, in locum unum congregari iusserat, *Congregentur aquae in locum unum*, super quas Domini Spiritus intonans venit, ut dixit Propheta David (Psal. 28.): *Vox Domini super aquas, vox Domini maiestatis intonavit; vox Domini super aquas multas; vox Domini in virtute*: cui consonat Lucas, inquit (Act. 2.): *Factus est repente de caelo sonus, tanquam Spiritus vehemens*. Unde factum, ut illae aquae, tanquam stagnantes, et ad tempus intra caenaculum compressae, maiore cum impetu, et rapido cursu prorumpentes, universum terrarum orbem rigaverint, expleta Zachariae propheta (Zach. 14.): *In illa die exibunt aquae vivae de Hierusalem*, idest Apostoli a Hierosolymis procedentes, in Spiritu sancti missione discipulis, et apostolicae Ecclesiae concessis, iuxta quod Cyrillus dixit: *Participatione Spiritus sancti benedicimur in Christo*. Quae benedictio adeo foecunda, et omnibus accumulata bonorum muneribus fuit, ut de illa regius Propheta dixerit (Psal. 64.): *Et campi tui replebuntur ubertate*. Quibus verbis indicat, non solum Iudaeam, sed omnes terrarum provincias Apostolicae doctrinae inbruit rigandas, ut Lucas postea testatus fuit (Act. 2.): *Parthi, et Medi, et Aelamitae, et qui habitant Mesopotamiam, Iudaeam, et Cappadociam, Pontum, et Asiam, etc.* audivimus eos loquentes nostris linguis. Subdit: *Pinguent speciosa deserti*: per desertum interpretatur Gregorius gentiles omnes, apud quos nullus Propheta, nullus Patriarcha, nec arbor ulla dignum proflorens Deo fructum; quod gentium desertum vertendum est in agrum plenum: cui benedixit Dominus, et in quo gariophylla Martyrum, lilia Virginum, Confessorum violae pullulabunt, quibus Ecclesia Dei redditur omni paradiso florentior. (Psal. 64.): *Et exultatione colles accingentur*. Nominis collium innuuntur Apostoli, qui tam propter altitudinem dignitatis, quam propter sanctitatis excellentiam, nec iniuriis ulla, nec tormentis gravissimis a recto deflecti, et a sublimitate dei potuerunt: hinc Lucas (Act. 5.): *Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*. Tandem inquit David (Psal. 64.): *Induti sunt arietum orium*. Sanctus Augustinus (in huius Psalmi commentario), et (in epistola ad Hilarium) et (super Psal. 26.): pro arietibus ovium intelligit Apostolos: hi enim sunt ovium, et agnorum parentes, et custodes, de quibus David: *Afferre Domino filios arietum*. David autem etsi tantummodo dicit, *induti sunt arietes*,

paratis per ea coronis benedicti, dam in coelum triumphans conscendit. At si coronam accipimus, ut alii volunt, pro coronado, qua rei finis notatur, unde Martialis:

*Sed nimis videtur, seraque coronide longus
Esse liber: legito pauca, libellus ero:*

Dicemus Christum mystici huius anni coronidi, vel termino benedixisse, dum in coelum ferebatur, quemadmodum etiam Deus septimo diei benedixerat: ait enim Scriptura (Genes. 2.): *Benedixit diei septimo, et sanctificavit illum, quia in ipso cessavit ab omni opere suo*: quippe ascendens iam in coelum Christus, ab opere externo nostrae redemptionis cessabat. Secunda Davidici versus interpretatio est, si per coronam, ut Latini intelligere solent, coelum, vel circumstantem hominum conventum intelligamus: fideles enim instar coronae circumdant Christum, ut de militibus memorat sacra pagina, Davidem in modum coronae cingentibus. Unde Cyrillus (libr. 2. c. 26. de institutionibus divinis) inquit: *Corona dicitur circumstans in orbem populus*. Ergo cum ait David, *Benedices coronae, etc.* intelligendum est de illa benedictione, quam Spiritus sancti missione suis discipulis, et apostolicae Ecclesiae concessit, iuxta quod Cyrillus dixit: *Participatione Spiritus sancti benedicimur in Christo*. Quae benedictio adeo foecunda, et omnibus accumulata bonorum muneribus fuit, ut de illa regius Propheta dixerit (Psal. 64.): *Et campi tui replebuntur ubertate*. Quibus verbis indicat, non solum Iudaeam, sed omnes terrarum provincias Apostolicae doctrinae inbruit rigandas, ut Lucas postea testatus fuit (Act. 2.): *Parthi, et Medi, et Aelamitae, et qui habitant Mesopotamiam, Iudaeam, et Cappadociam, Pontum, et Asiam, etc.* audivimus eos loquentes nostris linguis. Subdit: *Pinguent speciosa deserti*: per desertum interpretatur Gregorius gentiles omnes, apud quos nullus Propheta, nullus Patriarcha, nec arbor ulla dignum proflorens Deo fructum; quod gentium desertum vertendum est in agrum plenum: cui benedixit Dominus, et in quo gariophylla Martyrum, lilia Virginum, Confessorum violae pullulabunt, quibus Ecclesia Dei redditur omni paradiso florentior. (Psal. 64.): *Et exultatione colles accingentur*. Nominis collium innuuntur Apostoli, qui tam propter altitudinem dignitatis, quam propter sanctitatis excellentiam, nec iniuriis ulla, nec tormentis gravissimis a recto deflecti, et a sublimitate dei potuerunt: hinc Lucas (Act. 5.): *Ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati*. Tandem inquit David (Psal. 64.): *Induti sunt arietum orium*. Sanctus Augustinus (in huius Psalmi commentario), et (in epistola ad Hilarium) et (super Psal. 26.): pro arietibus ovium intelligit Apostolos: hi enim sunt ovium, et agnorum parentes, et custodes, de quibus David: *Afferre Domino filios arietum*. David autem etsi tantummodo dicit, *induti sunt arietes*,

nec addat quod fuerint amici, id tamen explicuit Christus, praecipiens, ut Hierosolymenses manerent, donec induerentur virtute ex alto. Quibus verbis constat, indumentum illorum arietum fuisse Spiritus sancti amictum, et afflatum. Ex quo factum est, ut qui prius imbecilles, et infirmi Magistrum suum deseruerunt, Relictio eo fugerunt omnes, nunc coelesti virtute maniantur, et infra fortitudine armentur, ut praedictum fuerat: *Infirmi accincti sunt robore*. Quae exponens sanctus Gregorius inquit: *Appellatione roboris virtus Spiritus sancti ostenditur, quam ut electi accipiunt, contra omnia adversa huius saeculi fortes sunt*. Concludit David inquitens (Ps. 164.): *Valles abundabunt frumento*, valles scilicet Ecclesiae catholicae caudido, et plusquam siligineo frumento doctrinae evangelicae replebuntur, quo Ecclesiae coloni ditabantur, et abundanter, ac divinitus alentur: de cuius seminatoribus, et cultoribus dictum est (Act. 2.): *Omni die non cessant, in templo, et circa domos docentes, et evangelizantes Christum Iesum*. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA OCTAVA

Multiplici eruditione exponuntur Moysis verba: Spiritus Dei ferebatur super aquas, pariterque ostenditur divini huius Spiritus proprium esse conferre animae nostrae foecunditatem, qua bonorum operum foetus generantur.

Proposita Genesae verba, et eorum singula tot securitibus mysteriorum, ut illa diligenter, et sigillatim declarare compellat. Incipiens igitur a nomine Spiritus, vario eius in sacris literis significationes reperitur. Primum enim accipitur pro brutorum anima, ut ex Ecclesiastico patet, dicente, *Quis novit si spiritus iumentorum descendat deorsum?* Secundo pro anima rationis compete, ut apud Davidem (Psal. 105.): *Exibit spiritus eius, et revertetur in terram suam*, vertit Cassiodorus, *Exibit anima*. Tertio pro aere, quo spiramus (Psal. 118.): *Os meum aperui, et attraxi spiritum, vel, ut etiam traducit Hieronymus: Os meum aperui, et respiravi*. Quarto pro vento (Psal. 148.): *Spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius*; quae verba Nicolaus Lyrensis ita interpretatur: *Spiritus procellarum sunt venti facientes procellas in mari*. Quinto pro Angelis (Psal. 103.): *Qui facis Angelos tuos spiritus, id est spiritus Angelicos mittis nuncios*. Sexto pro ipsomet Deo, quatenus est commune nomen tribus divinis personis: et haec significatione nomen Spiritus accipit Christus apud Joannem (Joan. 14.): *Spiritus est Deus, et qui adoratur eum, in spiritu,*

et veritate oportet adorare. Verumtamen quando in sacris Bibliis invenitur nomen Spiritus, et Domini coniunctum, ut supra coniunxit Moyses, dicens, *Spiritus Domini, etc.* significat esse tertiam Trinitatis personam, ut tradit Basilus (in suo Hexameron). Nec obstat, quod Caietanus dixerit hunc spiritum de quo Moyses loquebatur, esse Angelum, cui Deus motum coeli commiserat: et Chrysostomus (super Genesim) Theodoretusque (ut refert Sixtus Senensis) censuerint esse aerem, qui aquis allabebatur: tum quia vox Hebraea, Ruach, cui respondet nomen spiritus, significat aerem, seu ventum; tum quoniam non est verisimile, Moysen, dum mundi lexebat narrationem, praeteritum silentio elementum aeris, de quo nulla ibi aliam mentio fit: unde S. Augustinus, Rupertus, et Iulianus Africanus aiunt, illis verbis Moyses insinuari Spiritum sanctum, tertiam Trinitatis personam; quibus addit Basilus, ita Patres communiter censuisse, quod et Ephraem Syri eruditissimi auctoritate confirmat. Id vero de ratione historica, quam Moyses narrat, esse videbatur: non enim qui de Patre, et Filio mentionem fecerat in mundi creatione, de Spiritu sancto tacere debebat: ille namque non minus, quam Pater, et Filius rebus creandis praefuit. Sunt tamen nonnulli, qui utramque opinionem conciliare volentes, aiunt, quod Spiritum sanctum super aquas in specie aeris ferri, et volitare, nullam habet huius, vel illius repugnantiam, cum vox spiritus utrumque praeseculari. Verumtamen si Patrum, quos paulo ante memoravi, sententiam amplectamur, tertium divinis personam intelligi debere dicunt in divinis personam, quibus pariter Chelanicum Thargum suffragatur, ita veritas: *Spiritus misericordiarum ferebatur super aquas*: quae appellatio a misericordia desumpta aeri applicari non potest, cum sit maxime propria Deo, qui gloriatur in misericordia: notandum est, ad id exprimebuntur nomini Spiritus adiectum gentiliam singularum Domini, in Hebraeo autem textu gentiliam esse pluralis sui scriptum, *Spiritus Hebraem*, id est, Iudicum, ut inde cognosceremus, hunc divinum Spiritum non ab uno, sed a duobus personis procedere, et spirari. Quae veritas catholica, quamvis a Theologis multis ratiocinibus, et tam enim ego e Ioanne Damasceno addico, planius, et facilius suadebitur: ait enim ille: *Omnia quaecumque habet Pater, tradidit Filio, praeterquam esse Patrem*. Si ergo Pater aeternus est principium producens Spiritum sanctum, et ipse Filio suo quid habebat communicari praeterquam esse Patrem; dubium utique non est ipsum quoque Filio communicasse virtutem, quae Spiritum sanctum produceret, et consequenter Spiritum sanctum non solum a Patre, verum etiam a Filio procedere, sicut ipse non obscure declaravit, cum eundem Spiritum Discipulis suis per insulationem impertitur: *Insuperavit, et dixit, accipite Spiritum sanctum*. Quae verba S. Augustinus ad Orosium scribens, explicat de processione Spiritus sancti a Filio: *Quid enim, inquit, aliud per illam insufflationem declaratur, nisi quod ea eo Spiritus sanctus pro-*

cedebat? Sed obicit aliquis, si Spiritus, qui super aquas vagabatur, erat Spiritus sancti persona, quomodo de illo dicit Moyses, quod ferebatur? eum enim, qui post se trahit animas, et corda rapit, quis ferre, vel trahere poterit? quis? amor eiusdem in creaturas: hic enim est, quo agitur, et movetur: nam quod Augustinus de humano amore dixit: *Amoris meus pondus meum, illo feror quocumque feror*, non minus in amore divino verum est. Quia etiam in re fundatur differentia illa satis cognita, quae inter cognitionem, et amorem vagatur, nam illa intellectui suggerit res, et ipsas repraesentat; amor iam cognituras appetit, et in eis conquiescit: quo amore Spiritus Domini super aquas ferebatur. Septuaginta Interpretes vertunt, *superferebatur*, quasi Spiritus ille ad aquas et fluxum, et refluxum superlaberetur, illas suaviter disponens, nullam vim inferens, sed earum naturae debitum locum eis praebens. Quod etiam innotuit vox Hebraea *Eloim*, id est iudices, quorum proprium officium est, suum unicuique tribuere. Col expositioni valde consonat Augustini doctrina, qui per aquas intelligit, quam vocant Philosophi, materiam primam, ex qua Deus omnes res materia constantes deduxit, et efformavit, illisque iuxta cuiusque naturam proprias, et distinctas formas inseruit. Quod autem materiam primam vocaverit Moyses aquam, causa fuit, ut significaret, nullam esse in ea materia repugnantiam, vel contrarietatem ad formae receptionem, sed obsequium promptum, et obedientiam quam maximam, ut arbitrio suo divinus ille artifex Spiritus sanctus ex materia illa quicquid placeret, fingeret, et formaret: sicut solet quis in aqua, quam vult figuram exprimeret, quadratam, vel rotundam, iuxta vasis, cui aqua infunditur, imaginem. Sed Nicolaus de Lyra per aquam intelligit elementa, antequam situm, qualitatem, et pulchritudinem induerent, iuxta quod etiam S. Gregorius nomine aquarum, inquit, saepe intelligi omnes creaturas: cuius expositionis rationem adiungit Nicolaus, quod illam rudem, et indigestam elementorum molem Moyses vocaverit abyssum. Et tenebrae erant super faciem abyssi. Nicolai ratio pendet a nominis abyssi notatione, vel ethymologia, quam acute sic explicat: *Abyssus dicitur ab a, et byssus, cui dixerit, inclina hydriam tuam, unde abyssus dicitur quasi sine candore; et ideo congeries elementorum vocatur abyssus, ut quae omni candore, et pulchritudine destituta esset. Superferebatur igitur Spiritus sanctus super elementa, instar artificis, qui operi assisit, illud absolvens, expoliens, atque perficiens: licet verum sit, huic operi pariter actorem Patrem, et Filium fuisse intentos; quia tamen amor Deum movit ad se creaturas communicandum, et cum Spiritus sanctus amor sit, quo se Pater, et Filius diligunt; ideo Moyses Spiritui eorum praesertim id opus attribuit, inquit: *Spiritus Domini ferebatur super aquas*. Notata digna res est interpretatio huius verbi, *ferebatur*, multiplex, et varia; quidam enim legunt: *Spiritus Domini esse librabat*, id est, perficiebat omnia,*

iuxta pondus, et mensuram singularium naturarum convenientem; Hebraeorum aliqui doctores legunt: *Spiritus Domini volubatur*; vel *volubatur super aquas*, quoniam volatus ille favoris erat, et praesidii, sicut in libris de differentiis novi, et veteris Testamenti animadvertit Lyrans, adducens illud Deuteronomii, ubi dum ageretur de protectione Dei, ita scriptum est: *Et super eos volitans exendit alas suas*. Insignis Ecclesiae Doctor Hieronymus ita Latine reddidit: *Spiritus Domini incubabat super aquas*, accipiens metaphoram ab avibus, quae ovibus incubantes, et illa vivificantes pullos excidunt: ita enim Spiritus sanctus super aquas incubabat, vivificans illas, et ab illarum informi, et communi materia deducens omnium rerum varietatem: quia, ut dixit Ambrosius: *Vivificat omnia Spiritus Dei, cum et ipse vita sit*. Alii respicientes ad nomen Hebraeum, *Raceph*, quod significat fovere, transferunt: *Spiritus Domini fovebat aquas*: ad quod videtur alluisse Basiliius (in *Hexameron*) dicens: *Per illum Patris, et Filii ardorem, qui est Spiritus sanctus, calefiunt, et foveri aquas ad concipiendam vitam, et foecunditatem*. Praedictis versionibus, et interpretationibus valde consonat pro nostro argumento Chaldaica Paraphrasis: *Spiritus Domini insufflabat super faciem aquarum*, quia insufflatione igneus anhelitus rebus infundebatur, quo dabatur virtus ad ubertatem, et foecunditatem: sicut Augustinus dixit de Cappadociae aequalibus, quia a vento consipere narrat. Si ergo nunc horum verborum litteralem sensum ad spirituale, et mysticum revocemus; foecundari aquas per Spiritum sanctum indicat, per hunc eundem Spiritum animabus nostris afferri virtutem ad copiosam bonorum operum generationem. Quamobrem omnium manifestissimum indicium est, animam tunc esse Spiritus sancti sponsum, quando frequens est in bonorum operum exercitationibus, affluens foecunditate pietatis, et reliquaerum virtutum. In huius rei figuram videmus dictum a factulo Abrahamae, quando filio domini sui quaesivimus uxorem abivit; signum futurae sponsae illud esse, si puella bonis operibus esset abundans, nec sibi tantum, sed etiam suis camelis potum ministraret: verba illius fuerunt (*Gen. 24.*): *Puella, cui dixerit, inclina hydriam tuam, ut bibam, et illa responderit, bibe, quin et camelis tuis dabo potum, ipsa est, quam praeparasti serbo tuo Isaac*. Quoniam legitur anima ex suapte natura sterilis est, et imbecillis in productione operum supernaturalium, quemadmodum dixit Gregorius: *Infirma est omnis anima, nisi sancti Spiritus virtute fuerit firmata*; ideo per amorem, et charitatem unienda est huic divino Spiritui, cuius adhaesione, et praesentia virtutem accipiat ad bonorum affluentiam, et fructum benedictionis germinandum. Apostolus Paulus indicare nobis volens, quod homini iam iustificato solet contingere, illam comparat oleastro, qui ut bonum fructum afferat, olivae inseritur: *Cum oleaster, inquit, insertus es in illis, et socius radicis, et pinguedinis olivae factus*

es; non aliter anima nostra, quae suapte ingenio arida, et infructuosa est, quae tamen divino Spiritui quando inseritur, et una cum eo res per amorem fit, (*1. Cor. 6.*): *Quoniam qui adhaeret Domino, unus spiritus est, efficitur divinae foecunditatis particeps, et ferax adeo, ut nunquam non bona desideria concipiat; et sanctorum operum uberes foetus parturiat, secundum Pauli verba (ad Col. c. 1.): *Fructificantes in omni opere bono**. Memorat Gemianius, sicut Aegyptiacae tam mirabilem esse ubertatem, ut non solum quotannis fructum praebet, sed ubi sicum nummum carperis, breviter alium substituat. Non secus divinus hic Spiritus animam sibi dilectam sponsum cupit esse foecundam, atque adeo, ut vix parere bonum aliquod opus desierit, cum novum aliud concipiat, ut dixit Paulus: *In omni opere bono fructificantes*. Non enim in via virtutis cessandum, nec aliqua mora est interponenda, sed omnia quaecumque facimus, ad Dei obsequium referre debemus (*1. Cor. 10.*): *Sive ergo manducatis, inquit Paulus, sive bibitis, sive aliud aliquid facitis, omnia in gloriam Dei facite*. Possumus in aliis rebus gerendis fieri sine periculo cunctationis, et intervalla, sed ad bene agendum omnis mora periculosa, et noxia est. Optimum huius doctrinae habemus exemplum, tam in creatore, quam in creaturis, nec enim ille, ut haec illo temporis momento cessant, vel otiantur. Pater aeternus Filium semper generat; atque uterque spirat Spiritum sanctum, immo et ipsa Trinitas ab ipsa mundi origine non cessat, nec abest a rerum, quae conditae, conservatione, ac gubernatione, sicut Christus dixit (*Joan. 3. 6.*): *Pater meus operatur usque modo, et ego operor*. Angeli quoque opera sua nunquam intermittunt, Dei, qui prima omnium causa est, cognitioni, et contemplationi semper intenti, multo seipsos illuminantes, purgantes, et perfectentes iuxta tres operationes a Dionysio Areopagita de caelesti hierarchia commemoratas: ac tandem omnes coelestes spiritus, ut ait Isaias, nunquam a celebratione divinae maiestatis quiescunt; non habent requiem dicentes: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*. Nemo autem ignorat, coeli orbis perpetuo, et certo motu revolvit; planetas rebus inferioribus influere; ignem intra propriam sphaeram proximum sibi aeris partem calefacere; animantium ad respirandum adesse aërem; fluxum, et refluxum aquae agitari piscium receptaculum; terram praeter argenti, et auri foetum; arborum, et plantarum esse alticem, sicut Deus ei praecipit, *Germinet terra herbas virentem*. Si ergo Deus, Angeli, coeli, plantae, et elementa nunquam vacant ab opere, nec festinant unquam, minime debet homo otiosi, siquidem ab ipsis origine voluit Deus non otio languere, sed bonis intentum esse operibus; de quo scriptum est (*Gen. 2.*): *Tulit ergo Dominus Deus hominem, et posuit eum in Paradiso voluptatis, ut operaretur, et custodiret illum*. Et quamvis verum sit operarios illos, de quibus in parabola apud Matthaeum, excusationem suam cessa-

sationis praetendisse, quod nemo ipsos condiderat, nemo tamen nunc potest excusari, nam ecclesiastici tenentur Ecclesiae, et choro assistere, coniugatus familiae, iudex, vel praetor Republicae; et unusquisque muneris, ac personae, quam sustinet, ita ut nunquam in officio, et bonorum operum partu languescat. Sed quoniam parere mens nostra non potest, nisi prius concipiat, id facere proprium est Spiritus sancti, cuius beneficio redditur foecunda hominis anima, concipiens pia desideria, et actionum germinans, ut in Isaias asserit (*Is. c. 16.*): *A facie tua Domine conceptus, et quasi parturivimus, et peperimus spiritum salvum*. Hinc mihi manifesta facilitas, quae Spiritus sanctus animabus nostris dat fertilitatem, innotescit: nam quantumvis illae sint steriles, uno solo eius intuitu recipiunt ubertatem, et quasi praegnantem opportuno subinde tempore foetus edunt felicissimos. David tantam esse divinae vocis virtutem dixit, ut eius auditione cervae rorant, siquo illis tonitruum instar obstetricis (*Psal. 23.*): *Vox Domini praeparavit cervas, vel cervas, ut in Hebraeo, seu, ut interpretatur Hieronymus, vox obstetricis cervis*. Nam partus cervarum est difficillimus ex eo, quod foetus earum tonacibus membranis involutus nisi rumpantur, roras proire non potest; in quantum totarum figurarum gravissimum sentiant dolorem: unde ait de illis Iob: *Incurvantur ad foetum, et parturunt, et mugitus emittunt*; auditio tamen tonitruum tam expavescent, tantumque concipiunt horrores, ut disruptis involucribus, profluis foetum emittant: ideoque vero dixit David: *Vox Domini praeparavit cervas*. Sed quamvis hoc valde ostendat facilitatem, qua Deus animabus felices largitur partus, siquidem sola verbi sui voce tremere facit, ac parere; multo clarius inde apparet, quod solo eius intuitu mirabilem huius ipsam praestet effectum: quod indicant praedicta verba: *A facie tua conceptus, et peperimus spiritum salvum*; quasi dicat, ea vis aliqua virtus tuorum coelorum est, ut ab illis, nos grato respicientibus, feliciter mens nostra concipiat, habeat et partus diversos, unum patientiae, alterum restitutionis, alium elemosynae, et orationis, et similitum operum. Huiusmodi partus adeo sunt Diabolo infesti, et odiosi, ut ad eorum faciendum abortum semper vigilet, et in arum immatissimi draconis inhiat, secundum quod Ioannes in Apocalypsi dixit, a se visum ore aperto expectantem mulieris partum, ut illum devoraret; qui licet tunc, quod optabat, non obtinuerit, nam filius, et mater factus illius evaserunt, quotidie tamen id efficit per malos consiliarios, qui sinistris, et diabolicis persuasionibus infelicem bonorum propositorum animabus nostris inducunt abortum. Intelligent ergo hi satanicis homines divinae sententiae supplicio se fore puniendos (*Exo. c. 12.*): *Si quis percusserit praegnantem, et abortum fecerit, subiacebit damno, quantum maritus mulieris expecterit, et arbitri iudicaverint*. Glossa interlinearis pro hanc praegnantem, mulierem intelligit animam bonis desideris, et propositis gravidam, atque ita eorum ver-

horum erit sensus, qui eam abortivi fecerit, leturum penam, quam animae sonus, qui est Spiritus sanctus, optaverit, vel quam arbitri: hoc est poenitentiae sacramenti ministri, qui sunt iudices, censuerint. Quod genus delicti, ut indicaret Deus etiam in hac vita plectendum ita dixit per Prophetam (Amos 1.): *Super tribus sceleribus florum Ammon, et super quatuor non convertiam eum, eo quod disseverit praegnantem.* Quod ut facilius intelligatur, supponendum est, Ammonitas fuisse maxime cupidos, et avaros, ideoque cum Galaaditis vicissent, gladio trucidarunt feminas eorum praegnantes, ne filios parerent; qui postea acceptae iniuriae ullores, bona, quae ab eorum parentibus abstulerant, recurrerent, et armis repeterent. At ergo Deus hoc Ammonitarum scelus tam sibi displicuisse, ut eius vindictam, et poenam nolit in posterum reservari. *Et super quatuor non convertiam eum, eo quod disseverit praegnantem.* Magnus Pater Gregorius (super hunc locum) inquit, humanam voluntatem esse animae ventrem, quoniam ipsa est spiritualium conceptionum receptaculum, et quae bonis desideris impletur, atque ideo mystico sensu a Propheta ait significatum, cum dixit (Exod. 21.): *Si quis percerit praegnantem, etc.* eum, qui nostram voluntatem bonis intentionibus uberem, et plenam facere abortum compulerit, non solum futuro, sed praesenti supplicio, dum vivit, afficiendum (Amos. 1.): *Et super quatuor non convertiam eum, eo quod disseverit praegnantem.* Id multo cum ipsorum damno filii Heli sunt experti, quos Deus severissime castigavit, quoniam pios impediabant, ne Deo offerrent sacrificium: quod peccati genus magnum esse, Deus ipse ibidem testatus est (1. Reg. 1.): *Erat enim peccatum puerorum grande, eo quod retraherent homines a sacrificio Domini.* Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA NONA.

Per pulchre enucleantur verba Sapientis: Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.

Platoniorum communis fuit opinio, quam a Platone magistro suo acceperunt, Spiritum divinum esse mundi animam, et mentem, sed assistentem; quod pariter alios existimasse philosophos, refert S. Cyrillus (in quadam sermone de Spiritu sancto) de quo Trismegistus (in Asclepio) ita scripsit: *Pro uniuscuiusque dignitate, et meritis omnia visificat, et agit.* In hac philosophorum opinione, atque doctrina reperio multa, quae inter se mirabiliter consonant, si multo conferantur: ut enim me docuit D. Augustinus, multiplex est Spiritus sancti, et animae nostrae convenientia, cognatio, et quasi concentus; at

namque: *Quod est anima corpori hominis, hoc est Spiritus sanctus corpori Christi, quod est Ecclesia.* Primum utriusque nomen idem est, ut dixit Paulus (Rom. 8.): *Ipsae Spiritus reddidit testimonium spiritui nostro: ubi animae tribuit nomen Spiritus, Spiritus sanctus etiam animae nomen accipit apud Hieremiam, sive loquente Deo (Hier. c. 6.): Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te.* Hoc fundatur in eo quod qui eiusdem sanguinis, seu generis sunt, idem quoque habent cognomentum. Quare cum anima sit ex Deo, hoc enim eius est genus, et haec eius origo, ut Paulus docuit (Act. 27.) referens Poetae Arati versum: *Ipsius enim et genus sumus;* ideo etiam vocatur Spiritus, sicut ipse Deus, unde originem ducit. Et sicut creatio animae in rebus exteris, quas Deus condidit, ultima fuit, quia cum summus artifex omnium rerum perfecti unitatem; ita etiam Spiritus sancti productio fuit sigillatam, finis, et perfectio actionum Deo internarum, seu (ut communiter Theologi loquuntur) ad intra. Et sicut post creationem, ut ait sacer textus, *Requirit Deus die septimo ab universo opere quod paravit, sive,* postquam productus fuit Spiritus sanctus, substernit communicatio in divinis ad intra, nec ulterius ad aliam personam processit. Nam cum omnis in Deo productio ab intellectu eius, vel voluntate fiat, et Pater generans Filium, totam divinae suae mentis virtutem exercisset, et insumpsisset, ac eodem modo Pater, et Filius voluntatis communis facultatem, et virtutem effudissent in Spiritu sancti productione: fieri non poterat, quin in productione divinarum personarum quies, ac terminus assignaretur. Quemadmodum etiam Spiritus sanctus est Dei spiratio increata, quam Christus insufflatione suis discipulis impartivit: (Ioan. 20.): *Insufflavit, et dixit eis: Accipite Spiritum sanctum;* ita quoque anima est vitalis inspiratio a Deo creata, ut Moyses dixit (Genes. 2.): *Inspiravit in faciem eius spiraculum vitae.* Dum Moyses etiam de aliis loquitur creatoris, ait ab ipso factas; cum autem de anima insitit sermone, et dicit Deum respirasse, ut ostenderet ceterarum creaturarum multitudinem ab ipso productam sola voce, cum diceret, *Fiat lux, et facta est lux.* Sed anima vitae particeps, et ipsi Deo similis, ab eius intimo pectore, quasi eius respiratio, educta fuit. Et velat Spiritus sanctus eminenter in se continet triplex vitae genus, vegetantis, sentientis, et intelligentis; ita mens nostra rationis particeps complectitur easdem tres differentias, ac propterea ubi nostra Vulgata legit, *spiraculum vitae,* interpretantur ex Hebraeo Oleaster, et Caletanus, *spiraculum vitarum;* quoniam triplicis vitae, ut dixi, compendium est. Et, ut teste Trismegisto (in suo Asclepio), *anima est horizon aeternitatis et temporis;* quoniam quatenus immortalis particeps est aeternitatis, et quatenus a Deo in tempore fuit infusa, est particeps temporis; sive etiam Spiritus sanctus, quoniam Pater, et Filius est

consubstantialis, parem cum ipsis obtinet aeternitatem; at quia fuit ab utroque in terrarum orbem in tempore legatus, participat tempus, non quidem in seipso, sed in missione, ac infusione, per quam Deus illum humanae menti communicavit. Et sicut anima causa est corporeae pulchritudinis, et boni in vultu, loquere corpore coloris, ac roboris (nam ipsa absente omnes nostrae actiones languent, et vitae munera intermoriuntur) ita Spiritus Domini tanquam mundi anima, non certe informans, sed assistens, orbis coelestes astrorum venustate, fulgore, ac varietate, terramque ipsam plantarum, florum, atque arborum diversitate, ac multitudine decorat, ut dixit David (Psal. 32.): *Verbo Domini caeli firmati sunt, et spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Hoc autem verba ipsa Moyses (Genes. 1.), *Spiritus Domini ferebatur super aquas,* magis declarat: quoniam, sicut dixit Ovidius, mundo nascente, omnia commixta, et in se confusa erant.

Unus erat toto naturae vultus in orbe, quem dicere chaos, rudis, indigestaque moles.

Super hunc igitur creaturarum rerum indigestum vultum, et molem Spiritus Domini volitabat, et singulis, atque universis pariter aderat, tribuens unicuique formam suae naturae convenientem. Nam, ut artifex, et ingeniosus pictor adumbratam imaginem, et lineamentum perficit, et conformat; sic ille tanquam supremus mundi opifex idem praestat iusti animae, illam expolens imaginem, quam ad suam similitudinem insculpsit, charitatis pigmentis, et coloribus exornans, per dona sua reddens illam magis spectabilem, ita ut multo pulchrior, ac Deo similior appareat, quam cum ab eo condita, et creata fuit. Quemadmodum quoque anima absque ullo sui augmento reficit, et auget singulas corporis partes; ita Spiritus Dei absque ullo suae perfectionis accessu, vel cumulo, facit crescere animae dotes, fidem, spem, et charitatem, cum reliqua turba virtutum, quae hominum mores, et vitam moderantur. Et proinde, ut anima instar causae universalis, per oculos videt, per aures audit, per os gustat, et per omnia membra tangit, nec aliqua est operatio, cui illa non accurrat; ita Spiritus Domini ad omne opus naturae, sive supra naturam, praesto est, secundum quod dictum est (Isai. 26.): *Domini dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es in nobis.* Ille enim causa est, ut oculis in videndo custodiat modestiam, lingua in loquendo temperantiam, status ab illicitis se absteinet, et reliqui sensus frænatum rationis admittant; ac tandem, ut dicunt philosophi, anima est tota in toto, et tota in qualibet parte, in carne, ossibus, nervis, arteriis, sanguine, venis; imo et in unguibus, et capillis, ut Aristoteles, et sanctus Thomas censuerunt; ridiculum enim iudico dicere, unguis, et crines esse excre-

menta naturae, ut putant hi qui contrariam sectantur opinionem: nam cum Deus hominem cum unguibus, et crinibus primo condiderit, et eisdem ornatus sit ab eo suscitanda, liquidum est, unguis, et capillus excrementa non esse, cum in hominis creatione illa non fuerint, nec in corporum resurrectione futura sint: alias daretur ibi aliquod superfluum, quod in eo cumulo felicitatis, et gloriae statu non est admittendum. Ex quo fit, ut antiqui philosophi, de quibus Theodoretus (in libro de natura hominis) animadvertentes, animam esse in omnibus, ac singulis corporis partibus, illam cum polypti brachii contulerint, per quam similis (inquit) polypti brachii: nam sicut polyptus lapidem apprehendit, et arcte complectitur, ita anima corpus circumsepiat, et occupat per se, ac per facultates, quas corpori ad actiones exhibendas impartit. Quod etiam fieri a Spiritu sancto certissimum, qui utriusque, ut dixi, mundi, videlicet maioris, et minoris, velut anima, et mens est, quippe nullum sicut vacuum relinquat, sed omnia illa continet, movet, et circumscribit. Primum igitur de magno mundo, ac deinde de parvo, seu homine loquamur. De magno loquens Salomon ait (Sap. c. 1.): *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, et hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Quod etiam Poetarum optimus Virgilius ita cecinit:

Spiritus intus alit, totaque infusa per artus Mens agitat molem, et magno se corpore miscet.

Non tamen, quod dicimus a Spiritu Domini mundum impleri, ita est intelligendum, ut instar rerum, quae corpore constant, locum occupet, sed instar causae quae conservat tam varia creaturarum genera, quibus mundus componitur, et ornatur. Ille enim Spiritus est, qui dat elementis esse, plantis vitam, sensum animalibus, rationem hominibus, cognitionem Angelis, et intime rebus omnibus praesens, et assistens per propriam substantiam, quicquid in mundo est, altissimo providentiae suae consilio gubernat, tueri, ac dirigat. Quoniam autem ab hoc eodem Spiritu mundus vitam accipiens fugitive vice linguarum, quae magnitudinem, sapientiam, et potentiam sui artificis constanter, et communi voce promulgant, ideo subiungit: *Et hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis, videlicet, coelum, cuius amplexu omnia continentur, scientiam habet vocis, id est, librum, habet apertum ad legendum, scribendum, et narrandum mirabilia Dei, ut scripsit David (Ps. 18.): Coeli enarrant gloriam Dei, et opera manuum eius annuntiant fundamentum.* Existim ille duorum mundi oculorum, solis nempe, aquae lunae splendor, stellarum aereus fulgor, cortus, et immutabilis orbium coelestium motus, mirabilis astrorum virtus, constans, et perennis in haec inferiora planetarum ilepsus, et tactus, scientiam habet vocis. Aer tanta voluorum diversitate, tanquam in propria, et a Deo data

ipsis cavea, tot avium species recipiens, et eandem suavis diversarum vocum accenti- bus utendique resonans, *scientiam habet vocis*. Aqua crystallinis fontibus, copiosis, variisque fluminibus, et mare amplum, et spatiosum infinita piscium multitudine perfluum, *scientiam habet vocis*. Terra fodinis argenti, atque auri locuples, floribus pulchra, et ornata plantis, ex quibus aliae gustui, aliae morbis curandis aptae sunt, *scientiam habet vocis*. Tanta bestiarum differentia, et varietas animalium, quorum nonnulla ferocitate admirabilia, alia tractabilia, et mansueta, quaedam solitudinem, alia societatem appetentia, haec fortia, et intrepida, illa timida, et nullius animi, *scientiam habet vocis*. Unde vero tam infinitus, ac varius rerum creaturarum numerus habere potuit scientiam, vel loquendi peritiam, per quas vel a natura datus, vel infusus ideas factum est, ut rerum universitas tam suavem unius vocem, auctorem suum unanimiter laudantis harmoniam, dulcissimamque concentum efficiat? Aliunde certe id acceptum non est quam a Spiritu sancto, qui quasi chori linus, et cosmicæ harmoniæ quæsi et magister, creaturarum vocabulis modulatum præest, easque moderatur, ac dirigit in laudem conditoris.

Secundus sensus est, articulum (hoc non significare mundum, sed referre spiritum), ut explicat quodam, et Lyra, ita ut hæc verba. *Hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis*, indicent a Spiritu Domini non solum creaturarum voces, sed earum principium, unde illae ortum habent, et quidquid etiam tu tenuis murmure susurraveris, percipi omnino, et intelligi: nam ut glossa exponit: *Scientiam habet cuiuslibet dicti publici vel secreti*.

Sed ut ad propositum revocem orationem, etsi nullam divinus hic Spiritus suam ostendat magnitudinem, eo quod continet, circumscripta, et impleat omnem mundi molem: nullo magis excellit, minorem mundum, id est hominem, complectens: nam licet mole sit minor, dignitate tamen maior, spatiosior, et amplior est.

Id, ut alia nunc omittam, egregie indicavit Magnus ille Alexander, qui audiens eam quodam Philosopho plures esse mundos, ut Plutarchus refert, etsi de maxima mundi parte, quam possidebat, gloriarî poterat, ingemuit, quod non etiam eos, quos ille dicebat Philosophus, imperio suo adiecisset. Quod manifestum est argumentum, Alexandri animum mundo ipso esse capaciorum, cum integra fere eius possessione, ac domini potius, adhuc sibi vacuus esse videretur. Præterea quanta mentis humanae sit capacitas, probare facile possumus, etiam si a rerum, quas quotidie experimur, communi usu non recedamus: nam ad tria capita rediguntur, quæcumque in pretio habentur, et ab hominibus expetantur, hæc, vel eorum singula animæ nostræ captum implere haud possunt. Primum enim, si de ipsis in genere loquamur, doctrina S. Thomæ est, quæ recensimus tria, non esse vera

bona; idque probat ex Davide, ita de istorum felicitate loquente (Ps. 33.): *Non minuuntur omni bono*. Cum autem istis honores, divitiæ, et voluptates non adsint, immo etiam ab ipsis data opera vitentur, perspicuum est, tam esse vilia, et contemptenda, ut in honorum numerum referri non debeant. Quod si aliquando sub morali rationem cadant, non secundum se præcise sumpta, sed eatenus, quatenus animæ nostræ salutari expedire videantur. Quamobrem si vera non sunt bona, humanae mentis capacitatem explere non poterunt. Secundo ut sigillatim de his tribus honorum generibus aliquid disseram, quis est, qui nesciat, honoris, et fortunarum comites esse metum, et sollicitudinem conservandi, quæ possidemus? Id vero semper animam angit, et torquet. Quare ubi dolor, et conturbatio est, integra delectatio, et iucunditas esse non potest. Confirmatur etiam id ex Romanorum usu, qui, ut scribit Sambucus, in quodam emblemate, triumphum agentes, infimabula, et verbera ante pompam triumphi portabant, insinuate volentes, eam felicitatem non esse doloris, et gemitus expertem. Quod etiam testatus est Palladius his verbis: *Aurum doloris est, et curæ filius*. Sed præ ceteris melius divinus id nos docuit Apostolus loquens de divitiis: *Inseruerunt se, ait (Tim. 6.) ad doloribus multis*. Pagninus vertit, *transierunt se*. Vatablus, *immiserunt se*: sed melius nostra Vulgata, *inseruerunt se*; quæ a Paulo mistata metaphora optime et ingeniose rei, de qua loquitur, naturam exprimentem ponitur. Notum enim est quodvis insitum, ex alimento, et succo, quem ex arboris trahit, vigeret, et cresceret. Ita locupletis arbori doloris, et perpetuæ sollicitudinis insitit, dolore conservantur, et dolore crescentibus divitiis pariter ipsi emittuntur. Præterea sicut fructus insititus retinet aliquem saporum arboris, cui facti insitit ac inseminatus: ita divitiæ, quoniam insititæ sunt dolori, habent innatam amaritudinem, et animi cruciatum. Quid vero de voluptate dicam, quæ a molestia, et dolore videtur esse remotior, et adeo aliena? Huius tam gravis est dolor, ut teste Isidoro (in *Theologon.*) veteres ad eius vehementiam significandam fixerint Prometheus, quod ignem coelo surripisset, montis Caucasii rupi esse alligatum, eius iecturæ quæ vorax perpetuo depasceret. Non enim aliter homo voluptatibus deditur exerceriatur, et quia ignem Veneris, et Cupidinis admisit, pro libertate vincula, pro delectatione dolorem experitur, et duris inhonesti amoris compedi- bus illigatus conscientiaæ vorme animum rodente angitur. Optime hoc noverat eximius Graecorum orator Demosthenes, qui (ut refert Aulus Gellius) veniens Corinthum, cuiusdam inlectæ meretricis domum cum adisset, et illa pecuniæ magnam vim flagitasset, respondisse dicitur: *Ego penitere tantum non emo*. Quare si honores, fortunæ, et voluptates doloribus undequaque affluunt, fieri quidem non potest, ut mens nostra illi

satietur, expleatur, aut quiescat. Veniat ergo divinus Spiritus ad implendam totam animæ nostræ vacantiam, quod ab ipso solo fieri possit, ut indicaret Lucas, dixit de Spiritu sancto, in forma aeris validi, et vehementis in coenaculo super Apostolos descendente: *Replegit totam domum, ubi erant sedentes*. Nullum enim recessum, nullum angulum reliquit, qui eius non fuerit maiestate completus. Quod pariter etiam nostris mentibus immisus ita copiose præstat, ut fide intellectum, charitate voluntatem, oculis pudore, lingua temperantia, manus liberalitate, pedes festinatione afficiat, solusque omnem humanae mentis replet capacitatem; quod rerum omnium creaturarum universitas, ut diximus, efficere minime valet. Ut autem Dei Spiritus id animæ præstet, necesse est illam ab omnibus terræ desideris esse vacuum, et liberam, ut per figuram idem nos docuit Spiritus, qui daturus mysticum illud oleum viduae, iussit, ut inania vasa prepararet: *Peto, inquit (4. Reg. 4.), vasa vacua, non pauca; et quæ vacua, et inania erant, implevit, quæ autem alio liquore plena erant, reliquit: ita quoque ut Spiritus sanctus animam oleo suorum donorum replet, opus est prius eandem exinaniri his, quæ Spiritus sancti gratiæ adversantur*. Scimus hæc etiam de causa iussum a Deo in Exodo, ut altare sibi fieret non solidum, sed iane, et cavum intrinsecus ad recipienda ligna, et ignem: qui docuit, cor hominis, quod est altare sacrificii, et immolationis Deo faciendæ, vacuum esse oportere terrestribus affectibus, aliter enim divini amoris capax esse non poterit, nec sancti Spiritus recipere afflatus, seu inspirationes, quæ sunt quasi fasciculi, ac ligna, quibus divinus hic ignis allitur in nobis, et augetur. Demum sicut anima vitam corpori dat, et illud conservat (nam hoc eius præcipuum est officium) ita quoque Spiritus Domini infusione suæ gratiæ, et præsentia suæ dignitate animam unificat, et exornat, eius substantiæ magis intrinsecus, quam ipsa corpori est; id tamen modo diverso: nam anima corpus informat, Deus autem tanquam causa efficiens animæ vitam largitur. Unde quemadmodum animæ separatio a corpore eiusdem est calamitas, dissipatio, et mors; ita divinus hic Spiritus si ab anima recedat, profinus gravissimam omnium miseriam, ac mortem ipsam animam incurrit, ut ipsemet his verbis significavit (Osee ca. 9.): *Fac eis cum recessero ab eis*. Utrumque optime declaravit Augustinus (in sermone de verbis Apostoli): *Sicut anima, inquit, est vita corporis, sic animas est Deus: et sicut expirat corpus cum animam emittit; ita expirat anima cum Deum amittit: anima emissa mors corporis; Deum amissus mors animæ: mors corporis necessaria; mors animæ voluntaria*. Hinc ergo, sicut anima a corpore discedente omnes eius cessant operationes, motusque vitales; sic absente divino Spiritu omnia animæ nostræ opera intermittuntur, nihilque ab ea fieri potest, quod vitam æternam mereatur, itaque accidit animæ, quod coelo: si quidem quemadmodum in orbe coelesti duplex est

motus, unus proprius, et alter raptus, quo a primo mobili circumvolvitur; sic animæ motus est proprius, nempe ipsis appetitibus inordinatus, et effraenis, quo legi resistit divinæ. Quando vero rapitur ad eius observantiam, reprimendum appetitum, parcendum iniuriis, macerandum carnis lasciviam, motus ille a Spiritu sancto est, qui tamquam præcipuus motor, primumque mobile facultates animæ regit, movet, et rapit ad se, ut in divinarum præceptorum custodia non quiescat, sed perpetuo potius gressu etiam divina consilia observare se stinet. Cui sit honor, et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA DECIMA.

Proprium esse Spiritus sancti animis nostris afferre concordiam: et quantum illi in quovis hominum ordine, ac vitæ genere valeat, præsertimque in Religionibus.

Quamvis universa hæc, ex quibus mundi machina componuntur, unum tantum mundum constituant, veteres tamen prudentium in plures mundos diverserunt: quorum primum, et supremum dixerunt angelicum, quod Angelorum coelum constituit. Secundum vocaverunt coelestem, quoniam coelorum orbibus constat. Tertium elementalem, qui quatuor elementa complectitur. In quibus omnibus, si rem diligenter consideramus, ignem esse reperimus: nam in angelico coelestes sunt spiritus, vocati Sera- phim, quod nimio sui auctoris ardore inflantur: in coelesti adest sol, qui fulgurantibus radiis terram calefacit, ac tandem elementorum sphaeram ignis occupat. Cum igitur Deus novum hunc mundum spiritualem, videlicet Ecclesiam suam, instar mundi corporis condidisset, voluit in ea non deesse ignem: ideoque hodie legavit, quomodo sub ignis huius ad ipsam legavit. Quamvis autem propter varios, et mirabiles ignis effectus explicare possumus, quos divinus hic Spiritus in animabus eius igni flagrantibus producere solet; nunc tamen solum præmittam, quanta ignis virtus ad inferendum rebus unitatem, ut inde, quid nobis divinus Spiritus præstat, eleceat. Ignis ergo vis ad uniendo diversa tanta est, ut nulla vasorum ex ferro, aere, vel alio quolibet metallo constatorum ruptio, aut divisio tanta esse possit, quæ igni integrari, et uniri non queat. Idem quoque in spiritualibus experimur: fieri enim non potest, ut peccati ruina, et damnum magnum adeo sit, ut per ignem charitatis resarci non possit. Hæc autem charitatis, motusque vitales; sic absente divino Spiritu omnia animæ nostræ opera intermittuntur, nihilque ab ea fieri potest, quod vitam æternam mereatur, itaque accidit animæ, quod coelo: si quidem quemadmodum in orbe coelesti duplex est